

Praetorius ecclesiasticus eminenter habent omnem splendorem.

19. Matth. 5.

Ait Christus suis Apostolis, & in eorum personis universis ecclesiarum Praetorius; Vos estis lux mundi. Matthaeus 5. d. 14. Quamnam lux est haec, cum qua Dominus suos Apostolos comparat; forsitan erit lucerna ex oleo vel cera? Minime nam talis lux ad sui fulgorem consumit oleum & ceram; lux autem evangelica sine alicujus dispendio ad sui splendorem neminem minuit, nec extinguit. Deinde ex tali lucerna olei, vel cereae emittitur fumus alios obscurans; & lux evangelica neminem denigrat, vel obscurat ad sui nitorem. Vos estis lux mundi: Forsitan, haec lux erit lux solis, ita communiter dicitur, sed minime potest esse; nam lux solis quamvis splendida, ac elegantissima lux sit, lucet die, & in tenebrarum horrore deficit & disparet; lux autem evangelica nunquam deficit, & quantum magis tenebrarum horrores crescunt, tanto magis ipsa nitet, & fulget. Vos estis lux mundi: Quae ergo nam lux est haec? eminentissima certe quaedam lux, quae est lux solis, Lunae, Aurorae ac stellarum, quod sic explico.

20. Eccles. 50.

De sancto Pontifice Simeone filio Oniae loquens ecclesiasticus cap. 50. num. 6 ait de illo, Quasi stella matutina in medio nebulae; & quasi Luna plena in diebus suis lucet; & quasi sol refulgens, seu ut alii legunt ardens. Si ipsum Pontificem confert cum Sole, quid est luminare majus, ad quod ipsum comparat cum Luna, vel Aurora, quae sunt inferiora lumina, & ad intuitum Solis omnes suos radios contrahunt: Praetorius Pontifex Innocentius III. serm. 2. de Assumptione, Luna, ait, lucet in nocte, aurora diluculo sol in die. Optimo jure Antistes ecclesiasticus cum Sole, Luna, Aurora combinatur: sed fulgentissima lux die at vero nocte deserit nos: Luna plena pulcherrima nocte emittit suos radios, die vero contrahit: Aurora elegantissimè scintillat in diluculo at die, ac nocte disparet. Dicitur ergo quod ecclesiasticus Praetorius se habet ut Sol, Luna, Aurora, quia in omni instanti, momento, ac differentia temporis, sive die, sive nocte, sive diluculo semper suis assistens fulget, & resplendet vitam, exemplo, doctrinam, ac virtute; in nulla consideratione suos destituit.

Innocent. 3.

Praetorius ecclesiasticus in omni temporis differentia lucet.

21. Matth. 2. Rabban.

Praetorius ecclesiasticus sit veluti sol refulgens, seu ardens charitate erga suos, sitque tanquam aurora, seu stella matutina, qui radiis suae doctrinae, ac sapientiae cunctos ad Christum ducat; ut stella se habuit terga Magos Maurus, sit etiam ut Luna plena quae hanc maximam excellentiam habet, quod in tenebroso noctis horrore, quando cuncta disparent, ac te deserunt, universaque tibi horrorem incutiunt; tunc ipsa Luna te comitatur, illuminat, ac in viam ducit; unde ait. Regius Vates

Psal. 88.

Psal. 88. n. 18. Luna perfeta in aeternum testis in caelo fidelis. Luna plena testis fidelis, ac praetorius divinae bonitatis, ejusque magnae provi-

dentiae erga nos, & cur Sol non dicitur testis fidelis, sed Luna: Nam in condensa noctis caligine: olo, quando cuncta tibi desunt, universa veluti contra te insurgunt; tunc Luna ut coelumes, ac dux viae tibi adest; & quando caetera te delinunt, ac derelinquunt, & veluti inimica contra te se ostentant, tunc tibi adjuvamenta, ac lucem exhibere fidelis, ac praetorius testis divinae bonitatis erga te est, seu ut ait Agellius, Testis divinae gratiae erga creaturas.

QUESTIO IV.

Quodnam fuit hujus Episcopi peccatum, & quare illud aperte non exprimitur.

Rupertus suspicatur fuisse peccatum carnale occultae libidinis, ideoque a Joanne hic taceri, nam luxuriae crimen ab ore puro non pronuntiat: sed hoc nullum habet in text. fundamentum. Lyranus existimat fuisse hypocrisis, qua sanctitatis specie occulta peccata tegebat, & populum decipiebat.

Primasius, Beda, Coraelius, Alcazar, & alii contendunt hoc fuisse negligentiae peccatum in suo pallo alii munere, n. docendo scilicet, monendo, corrigendo, confirmando debiles, in reprimito haereses: addit Cornelius, Multi videntur boni, eo quod externum Ecclesiae cultum, altarium ornamentum, fabrica splendorem largas elemosinas egregie curant; sed interna, puta suorum vitia, ignorantias, pericula salutes negligunt, cum hoc sit potissimum Episcopi officium.

Dico, quod duplex erat peccatum hujus Episcopi. Primum hypocrisis, ut ait Lyranus: Secundum negligentiae, ut ait 3. sententia. Hic Episcopus quodam hypocrisis laborabat; ideo ei dicitur; Nomen habes, quod vivas, & mortuus es. Exterius speciem habebat bonitatis, & videbatur bonus, & inde exterius habebat bonam famam, & bonam opinionem; tamen interius, & coram Deo mortuus es. Secundum peccabat peccato oscitantiae, atque negligentiae, vitia, ac peccata suorum negligens, & ideo ei dicitur. Esio vigilans, & confirma caetera, quae mortuaria erant. Unde ex negligentia sua multi per erant in ejus Ecclesia; unde dicitur: Habet pauca nomina in Sardis, qui non inveniuntur vestimenta sua. Et inde peccata hujus Episcopi mortifera erant, ut notat Rupertus citandus, cum essent contra propriam curam pastoralem ac tantum in suorum ruinam.

Quaeres tamen quod secundum inquirat quaestio. cur peccata hujus Episcopi expressè non dicantur in littera, sed ex admonitione Domini ad hunc Episcopum aliquantulum colligantur? Respondet Rupertus, Redde, ait, uti debuit filius Dei Spiritu consili, d. est, non publica descriptione qualitatem, vel nomen declarare operis mortiferi, secundum regulam Evangelicam, quam ipse praescripsit: si, inquit, peccaverit in te frater tuus vade,

Divina virtus est praetorius defectus 10. gere.

26. Exod. 7.

vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Episcopus per peccatum mortuus erat: cur ergo Dominus ei aperte non dicit, quod tale, & tale sit ejus crimen; sed quantum fieri potest, illud Dominus obtegat, ac sub quaestione relinquit? Erat iste Episcopus, ac Praetorius Ecclesiae; unde aperte non evulgatur ejus crimen; Praetorius ac Majorum peccata non publicanda, non evulganda sunt, sed quantum fieri potest obtegenda.

Principium defectus non evulgandi.

27. Genes. 37.

Ait Deus Moysi: Ecce constitui te Deum Pharaonis. Exod. 7. num. 1. Larga quaestio. In quonam factus est Deus Pharaonis, ut ejus dissimularet, & regeret silentio scelera, quamvis notissima, & manifesta; multoties Moyses Pharaoni ex Dei mandato intimavit, ut populum dimitteret; multisque Pharaonis plagis vexatus spondit se populum dimissurum, & tamen cessante plaga, indurabatur cor ejus, & populo libertatem non concedebat, ut factum est, quando musca urgebat, locustae ascendebant, & grandis ac pluvia totam terram premebat, & pest. animalia peribant, & sic de caeteris decem plagis: Si toties Pharaon verbum suum non adimplet, cur Moyses eum non arguit ut mendacem protervum, ac malignum, falsarium, & deceptorum, sed semper benigne & urbanè cum eo agit nullumque verbum durum in eum dicit? Erat Pharaon Rex & Princeps, & quamvis ejus peccata, ac mendacia essent publica, & notoria, tamen Moyses divinam conditionem imitatus, quantum ex se est non vult publicare nec ore, ac verbo suo evulgare, sed sua urbanitate, ac pietate, quantum valet. Regis nequitiam intendit obtegere. Haec est divinissima virtus, aliorum errores regere, ac tacere. In vitis Patrum, ubi de sententiis illorum agitur sententia 17. haec scribuntur de sancto Machario, Dicebant de sancto Abbate Machario majore, quia sicut Deus protegit mundum totum, & portat peccata hominum: ita & ille quasi quidam Deus terrenus fuit in fratribus operiens delicta illorum, & ea quae videbat, vel audiebat, quasi non videns, & non audiens.

Gen. 39.

Joseph zelo ductus, Accusavit fratres suos apud patrem crimine pessimo. Gen. 37. num. 2. & tandem ipse ductus in Aegyptum a domina sua sollicitatur ad opus nefarium, cumque eam rejecisset, turpi operi non acquiescens, illa dolore impatiens, totum crimen in sanctum juvenem retorquere intendit. En introduxit virum Hebraeum, ut illuderet nobis. Gen. 39. num. 14. At ille omnino obmutuit, nec pro se verbum aliquod loquitur, nec mulierem de falsitate, ac mendacio arguit, seu omnino tacet; si fratres accusavit apud patrem; cur hanc sceminam non arguit de sua impudicitia, ac lascivia? cur causam suam non defendit? Erat illa domina sua, ac caput totius familiae, & inde non audeat ejus crimen manifestare, ac culpam propalare, sed cum discrimine propriae vitae, ac famae illud silentio involvit, eligens potius vitam suam morti exponere, quam dominam suam injuria, ac ignominia afficere sic eam reveretur, sic tanto affectu illius crimina tegit. Abulens. ad illa verba, Cum audisset me clamare sic ait, In omnibus iis tacebat Joseph; quia volebat contra Dominam suam verbis disceptare.

QUESTIO V.

Quare iste Episcopus cum sit mortuus, nomen habet vitae?

Dicitur huic Episcopo, Ecclesia Sardis scribe: Novi opera tua; quia nomen habes, quod vivas, & mortuus es. Hic Episcopus insignè nomen habet vitae: dicitur Angelus, & non cujuscumque Ecclesiae, sed Sardis, qui lapis est pretiosus, vulgò Carnalia dicitur; quia vividae carnis imitatur colorem, ut notat Rupertus; & tamen intrinsecus spurcitia plenus erat, utpote mortuus: cavernosum lapidem foetidi sepulchri referebat, & quid turpius, quam vitam, ac moribus homini non correspondere? Post auditam mortis sententiam: Pulvis es, & in pulverem revertaris. Et vocavit Adam nomen uxoris suae Evam, eo quod mater esset omnium viventium, Genes. 3. n. 9. 10. Audit Adamus uxorem morituram, & in pulverem revertendam, & immediatè vocat eam Evam; id est, vitam, & matrem viventium, quae potius mater morientium dicenda erat; unde ipsa in hanc cogitationem devenit? Sic permisum à Deo, ut videretur, in quantam insipientiam per peccatum prolapsus est homo, quod notat Rupertus lib. 3. in Genes. cap. 26. Quid ergo insanius, quam in illo talis causa iudicio illam nuncupare Evam, id est, vitam, quae nec saltem habebat vitam? dicere matrem cunctorum viventium eam, quae potius mater est cunctorum morientium? Quid insanius, quam gloriosa nomina jactare, & opera turpissima exhibere, cum vitae inscriptione ostendere in operibus foetidi mortuorum sepulchra?

Ad quaestionem respondet primò Rupertus, Secretum & occultum opus ejus, qui nomen habet, quod vivat, & mortuus est, nam ejus peccatum publicum, & notum est, non habet nomen, quod vivat; imò si vitam, vel sanctitatis opinionem prius habuit, & laescentibus operibus mortuus opinionem illam, vel nomen perdidit, & diffamatus quod mortuus sit, da ut autè conjici, quod mortuus hujus, quam dicit, mors, fuerit peccatum carnis; Maxime notat Angelus quod cum iste Episcopus esset mortuus, nomen tamen vitae haberet, sed quid hoc mirum est? multorum virorum post mortem, eorum canratissima nomina valde gloriose celebrantur; quid ergo novum, & singulare, quod iste Episcopus cum esset mortuus nomen vitae haberet? Iste Episcopus introducit mortuus speciali animae morte, concupiscentia scilicet carnis, ut existimat Rupertus, quae maximè praestantium virorum nomina solet corrodere, ac perimere, inde miratur, quod cum in ejus anima agnosceret labentem concupiscentiae mortem, adhuc in illo aliquod vitae nomen perseveraret cum ipsa lascivia, maxime solet illud extinguere, ac perimere. Destinavit Josue exploratores, de quibus tantum ait textus. Misi Josue filius Num de Serim duos viros exploratores. Josue 2. num. 1. Qui autem fuerint isti exploratores? quae eorum nomina? profus reticentur. Non sic Numer. 13. num. 5. ubi refertur quomodo Moyses miserit duode-

28.

Indignum nomen, si vita non correspondens.

Genes. 3.

29. Rupertus.

Lascivia in bonis viris nomen corrodit, & absumit.

Josue 2.

Numer. 13.

cim exploratores, quorum omnium nomina expressè referuntur, & nullius nomen tacetur, ut ibi potest videri: cur ergo illorum duodecim nomina exprimentur, horum verò duodecim nomina exprimentur? An non hi praestantes viri? An non Deo, monerique suo valde fideles? Et optimi, & fideles viri creduntur, sed de illis nil prius dicitur, quam quod ad domum meretricis diverterent; ait enim textus: Qui pergressi sunt domum mulieris meretricis, citato loco soluc. Et valde frequenter lasciva domus lascivaque umbra omne bonam nomen fidelium corrodit, & absumit, & sub oblivionis umbra perpetuè involvit, & premit.

30. Lyran. Hypocritis virtus non colitur sed colorata. D. Bernard. Secundò, Lyranus; Dicitur, quòd nomen habeat vitæ, cum sit mortuus ob suam hypocrisis; quia coram hominibus simulatam sanctitatem, tanquam vitam præ se ferebat, & tamen in oculis Dei sine ullo bono opere apparebat; quia ejus virtus tantum colorata, non autem culta erat, ut observat D. Bernard. ferm. 66. in Cant. c. Non est apud hypocritas virtutes colere, sed vitia, colere quodam, quasi virtutis minio.

31. Ex quo notat, quòd in aliis Epistolis; etiam Episcopi de aliquibus arguantur, tamen in multis laudibus extolluntur, ut c. 2. de Ephefino, Charitatem tuam primam reliquisti. Ibi dem n. 4. tamen multis sublimatur; sustinuit propter nomen meum, & non defecisti. At hic Sardicenis, quamvis dicatur de eo, quòd nomen habet vitæ, nulla laude insignitur, ac nobilitatur, quia nihil nomen, vel fama sanctitatis prodest cum rei veritas desit. D. Ambros. de observat. Episcopi ait, Ne sit nomen magnum, & crimen immane; ne sit honor sublimis, & vitia circumvallata peccati; ne sit deivata professio, & diabolica actio, qui cum talis sit, non habet, quòd vivat, sed mortuus est.

32. Tertio, Nomen habebat, quòd viveret, & mortuus erat, ut interpretantur Primas. Beda, Brun. Abulen. Habebant nomen vitæ coram populo aliquibus bonis operibus à se editis, mortuus tamen erat coram Deo ex sua negligentia, ac desidia, quam habebat in docendo, admonendo, corrigendo populum: ergo etiam coram hominibus factus, ac splendidus esset, & in cultu Ecclesiæ magnificus ac sollicitus, ob unam tamen negligentiam à Deo rejectus est, coram illo mortuus. Unde hoc? Quia quando cætera desunt, vivit ex diligentia Pastor; si quando hæc deficit moritur; nam ex somno, & negligentia Pastoris oves pereunt, & moriuntur. Multum vigilabat Jacob super suam gregem; unde dicebat: Die, nocteque astuerebar, & gelu: fugiebat que somnus ab oculis meis. Gen. 31. num. 40. D. Chrysostom. homil. 22 ad populum. Quia ipsius vigilia ratio, ait, ne nulla ovis fera captiva fieret; si verò tanta de irrationali pecude cura; qualis esse docet, de rationali anima sollicitudinem gerentis.

33. Quarto, Rupertus, In tua quidem persona, ait, reprehensibilis es, sed hoc pro te facit, quòd non alios etiam perdidisti exemplo tuo, quia quamvis mortuus sis, nomen habes, quòd vivas. Quamvis enim iste Episcopus in se esset reprehensibilis; & ex peccato mortuus, tamen nomen habebat vitæ, & quòd coram hominibus dignus suo munere, ut vir justus reputabatur, sicque scandalum subditis ex prava vitæ ratione non præ-

30. Lyran. Hypocritis virtus non colitur sed colorata. D. Bernard. 31. Cur iste Episcopus, sicut alii, non laudatur. 32. Primas. Beda. Bruno. 33. Ru. etc. Prælati, est reprehensibilis, sed scandalum non præbeat.

bebat, & inde meruit, ut poena ei differretur, & monita salutis audiret, ut penitentiam ageret.

Quintò, Nomen habes, quòd vivas, & mortuus es. Valde repugnantis conjungit Angelus: Nam si vita donatus erat, mors inde excluderetur, aut si morte erat affectus, inde expers vita. Quomodo ergo mortuus, & vivus? Intra domum inabatur mors, extrorsum verò vita divitiis affluebat fortuna fors ipsa ad supremum dignitatis fastigium elevabat, tantum circumdabat pompa, sed dura intus præcordia mors adurgebat; ipsa fortuna affluens magnificaque dignitatis laus, ac plausibilis astantium pompa, quæ maxime ad vitam inservire videbantur, illi intertinam mortem inferebant; nam peccator in suis delictis in quibus præjocundam vitam invenire cogitat, ibi mortem ac supplicium lucratur.

Ob crudele fratricidium, Cain multatus est Domini sententiâ. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos, vagus & profugus eris super terram. Gen. 4. n. 12. seu ut legunt ultima verba Septuaginta: Gemens, & tremens eris super terram. Tunc ipse subdit textus n. 16. Egredisusque Cain a facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Edem; quæ, ut ait Isidorus ibi. interpretatur opulatio, ubi plantatus est paradysus. Cain regionem paradysos vicinam elegit, quæ magna pinguedine repleta erat, delicti scatebat fructus exundabat, floribus per anæna, & irriguis aquis multum abundans erat; ad quid Cain eligi hanc regionem? sine dubio ut perjuvaret, ac delictis viveret; delictisne ibi invenit? Minime sanè, sed potius poenam, & tormentum; nam cum terram tam fertilem, ac pinguem operaretur, fructus ei non reddebat; in terræque illa, in qua alii multum placide ac quiete viventes præjocundabantur, ac læticia & risu perfundebantur, ipse ut profugus totus erat inquietus & perturbatus, tremens & gemens fertilitas terræ non dans ei fructus in poenam, & dolorem vertebatur; jucunditas loci, ut homini profugo, ac timido tota convertebatur in perturbationis materiam, & in panem gemituum, & lachrymarum, ad hoc respexit Lyran. Per Edem, ait, intelligitur paradysus terrestris; in poenam enim Cain factum est, ut expelleretur versus illam regionem delectabilem, & felicem.

Venerunt duo Angeli Sodomam Gen. 19. n. 1. visibili, & eleganti forma conspicui, quibus mandatur totum supplicium negotium, ut sulphureis flammis nefandam urbem traderent; sed cur necesse fuit, quòd tantæ everisionis ministri eleganti forma conspicui inter perdendos homines apparerent? Si spiritum veniebant Angeli Sodomitas, cur prius velut pulcherrimos juvenes oculis eorum se præsentant? Ut videretur misera peccatorum conditio, siquidem juvenes, quos receperunt, ut suæ lascivie pabula, haberent rigidos suarum iniquitatum tortores, & juvenes, quos reputabant suæ concupiscentiæ fomenta, essent eis durissimi in suis poenis, & supplicii exequutores ad eorum perditionem, & interitum; & ita immanitas suorum scelerum est poenita, ubi delicias quærebant, ibi ignem & sulphur invenit. Salvian. lib. 1. de gubernat. Dei. Cum Angelos, ait, Sodomam Deus mitteret, hoc nobis probare voluit; scilicet, ut cum legeremus, quæ à Sodomitis Angeli

34. In affluentia externa vita mors est anima.

35. Gen. 4. Septuag.

Isidorus.

Homo ne quirit delicias, ibi invenit labores.

36. Gen. 19.

Ubi homo reputat fomenta concupiscentiæ, ibi mors.

Salvian.

Angeli

Angeli perculissent, etiam videremus scelerem immanitatem, criminum turpitudinem, & libidinum obscenitatem.

Apo. 3. n. 2. Esto vigilans, & confirma cætera, quæ mortura erant; non enim invenio opera tua plena coram Deo meo.

VERSIONES.

Syriacus. Expergiscere, & serva eos, qui reliqui sunt, qui parati sunt mori, non enim inveni opera tua perfecta.

Arabicus. Igitur esto vigilans, quofque vis rejicere, corrobora.

Arias. Confirma cætera, quæ futurus eras abjicere.

Primasus. Non inveni opera tua repleta coram Deo.

EXPOSITIO II.

37. **E**STO vigilans, expergiscere, qui negligentia tanquam alto somno teneris; & confirma cætera, & corripe tam tuos defectus, quam tui gregis; nisi enim vigilans confiteris, ac corroboretur in justitia, virtute, ac charitate tam tua opera, quam tuorum subditorum, in quibus sunt multum vacillantes. Quæ mortura erant, Tu, & subditi tui morte spiritali morieris per peccatum mortale: Non enim invenio opera tua plena, coram Deo, id est, perfecta, & correspondentia muneri tuo pastorali: nam quævis tua opera videantur bona coram hominibus, non sic apparent in oculis Dei.

QUÆSTIO VI.

Quare iste Episcopus tanta somnolentia erat deditus, & inde ad multam vigiliam excitatur.

Dicitur huic Episcopo. Esto vigilans, & confirma cætera, quæ mortura erant. Valde mirum est, quòd sæpè Dominus vigiliam commendavit. Vigilate, ait Mat. 24. n. 42. & 25. n. 13. & Marc. 13. n. 33. & Paul. 2. ad Timoth. 4. n. 5. ait Tu vero vigila. Unde huic Episcopo dicitur, Esto vigilans, ac si ei diceretur: Esto, quòd tuum Episcopi nomen sonat; quòd tuum nomen Angeli dicit, quòd stella in te significata innuit; talem te in mea Ecclesia elegi. nam nomen Episcopi te vigilantia admonet, quod sonat ex Græco inspector: Ad hoc etiam te exhortatur nomen Angeli, quo insignitur: nam spiritus somni ex-

pers est, ad quod etiam te advocat stella in mea manu, per quam significatus es ut maxime in nocte luceres, & mortalibus excubias ageres: Vigilare autem hic est, non tam à somno corporis abstinere, quam animi, infessamque curam dicit in Prælo super gregem suum, & ideo ipse dicitur Episcopus, Angelus & stella.

Et nota quòd non dicitur huic Episcopo, Vigila, sed Esto vigilans; Nam, vigilia, dicit ipsum vigilantia actum: at Esto vigilans, non solum talem actum sed etiam perseverantiam, & constantiam in illo, quod maxime spectat ad Episcopale officium; ut incessanter, die ac nocte excubet super gregem suum.

Sed cur ille Episcopus tantæ somnolentiæ erat deditus, & inde tam altè, & profundè vigilantia ei commendatur? Ille Episcopus, ut vult Rupertus, lascivus erat in secreto; sic ait ipse. Eius, qui carnis continentiam perdidit, consilium istud opportunum esse non dubitamus, ut vigilet; denique cura hæc conservanda continentia vigiliis, & sollicitudine magna indiget. Ille Episcopus, cum esset lascivie deditus, multa somnolentia erat depressus; nam ubi lascivia ibi multa somnolentia regnat, ubi virginitas, & castitas viget simul secum vigiliis importat.

Impudens Ægyptia clamabat ad castissimum Ioseph, Dormi mecum; At illè contra dicebat: Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est, quòd non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor ejus est: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? Gen. 39. n. 9. Ecce valde utriusque diversus affectus, illa ad somnum, ac dormitionem provocabat, Dormi mecum, Ille è contrà maxime invigilabat in memoria, ac recordatione beneficiorum quæ à Domino suo acceperat, simulque maxime erat in custodia, ac observatione legis Dei: Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? Illa ut impura totalitèra erat ad somnum, ac dormitionem nefariam, hic autem ut castus nihil meditabatur nisi vigiliam, & custodiam reverentiæ Domini sui, ac observationis legis Dei. Elegantissimè D. N. Isten homil. in cap. 6. Epist. 1. ad Corinth. sic ait: Illa quidem dicebat, Dormi mecum; adolescenti autem contra proclamabat temperantia: vigila mecum, & re ipsa ostendit vigilantiam. Non enim blanditiis cedens dormivi robur constantiæ; non fui mens sopia incantationibus, non fui somno oppressa temperantia sobrietas. Quid pulchrius? Vox impudicitæ Dormi mecum, Vox puritatis, vigila mecum. In libro Canticorum cap. 3. num. 7. dicitur En lectulum Salomonis sexaginta foris ambiunt ex-

fortissimi. Israël: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi; uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos, Ecce Salomoni adscribitur lectulus; fortibus verò enses super femur assignantur, ad nocturnas custodias. Salomon dormiens in lectulo, in multam luxuriam labitur, ut notavit D. Chrysostom. homil. 40 ad populum: Quid Salomone beatius? ait, sed quia dormivit, cecidit. At fortes ut puri, & casti, habent enses super femur ad amputandas carnis concupiscentias, quæ ibi significantur, ut notaunt Richardus, Gregor. Nyden. homil. 6. & inde sunt in perpetua vigilia ac custodia

Multipliciter nominis vigilia, Prælati commendatur.

39.

40.

Rupert.

Lascivia ad somnum, pruritas ad vigiliam vocat.

41.

Genes. 39.

Luxuria ad dormitionem, castitas ad vigiliam vocat.

D. Nysseni

42.

Can. 3.

D. Chryl.

Richard. Nyden. D. Greg.